

Supellex aurea, argentea, aenea reperta Pompeii et Herculanei.

Museum publicum Neapolitanum quam custodit supellectilem auream et argenteam, item paucis exceptis aeneam quoque, dederunt fere parietinae urbium a Vesuvio deletarum. Ea magna ex parte stilo inscripta quaedam habet adhuc neglecta; primus Dresselius quantum res permisit

partem certe eorum exceptit; alia submisit Iulius de Petra. Sed tamen signacula impressa pateris trullisque parum bene leguntur propter aeruginem nondum satis sublatam. Strigilibus similiter impressa quo statu hodie sunt, nullo modo legi possunt.

8071 1 [= 6305, 1] in armilla aurea coloris fusi formam serpentis imitante gyris tribus; pendit gr. 170.85; inscriptio punctum scripta legitur intus. Pompeiis rep. INVENTARIUM MVSEI [Neapoli mus. n. 24299].

CORIIKIA · NYPII · AVRV · MAIV · XX · sic

Recognovit Dressel. Male et mance edidit Guarini fast. ed. 1 p. 135, sugg. p. 77, app. p. 15, emendate ego in Hermae vol. 16 p. 347.

Lectio certa, punctum quoque post *auru*. — *Corelia Ny(m)p(h)e auru(m) p(ondo)....XX.* Didrachma Attica XX (cf. n. 8067 89) faciunt gr. 174.6.

2 stilo scriptum in armilla aurea [Neapoli in museo].

LII < II

Descripsit Dressel.

3 vasculum argenteum [Neapoli mus. n. 25624].

Q · A_EIL stilo scr.

Misit de Petra.


4 sub vase argenteo conchae figuram habente [Neapoli mus. n. 410863].

AENVIAE PARATHENON

Descripserunt Dressel et de Petra.

AENVIAE de Petra. Ae..ae Parthenope; Aemiliae vix legi posse adnotat Dressel.

5 sub vase argenteo quod conchae figuram habet, pendit gr. 298.30. Herculanei rep. [Neapoli in mus. n. 25316].



Descripsit Dressel; misit item de Petra. *Flavi Rufi. Scriptum Capuae at Deanam. Supervaria curiose notabis. Sequentia non intellego; fortasse Pe(diae?) Quetes.*

X

8071 6 sub vasculis argenteis quattuor eiusdem formae [Neapoli in mus. publ.].

a LCP punctum scr. CN CO_NX stilo scr.

b LCP punctum scr. c_N stilo scr.

d L/P punctum scr. CN POM_NX sic stilo scr.

c LCP punctum scr. (AI V stilo scr.)

Dressel descripsit.

7 sub amphoris argenteis duabus pendentibus gr. 4097.89 et 3923.20, rep. Pompeiis. [Neapoli mus. n. 41768. 41769].

punctum
scr. sub FVLLONIAE · POLLITAE · II · P · P · XXIIIIS · VI
utraque
supra praec. inscrip-
tionem stilo scr.

IVSTI
in collo intus IVSTI

Recognoverunt Dressel et de Petra. Fiorelli scavi 1861—1872 p. 90.

Significatur *duas amphoras p(endere) p(ondo)* XXIII semissem (*scriptula*) VI sive pondo 23¹⁵⁰/₂₈₈, id est gr. 7602; pondus quod nunc est gr. 8021 inde explicatur, quod utrumque vas multis locis instauratum est, neque propterea minus certum est primo numero vasculorum una pensorum numerum indicari. Hoc observatione dignum est indicationem ponderis per sola pondo semunciam scriptulum iam Pompeiis in usu fuisse (vide quae observavi Hermae vol. 3 p. 475).

8 sub vasculo argenteo pondo gr. 181.50, Herculanei rep. [Neapoli in mus. n. 25290].

Q · GVPACI · TI · PI · S^{III} punctum scr.

ANTH/S stilo scr.

Descripserunt Dressel et de Petra. Adnotat ille in gemello vasculo inscriptions duas cerni stilo scriptas adhuc non lectas.

Id est duo (vascula) pondo i uncias v semunciam scriptula III = gr. c. 481; vasculum hoc cum integrum sit, fortasse socio pondo inferius fuit.

13 sub patera argentea instaurata gr. 316.30 [Neapoli mus. n. 25628].

M · NOVI · P · HIS^{III} punctum scr.

Descripsit Dressel.

Pondo II uncias XI semunciam, id est gr. c. 956.

8071 9 sub vasculis tribus argenteis [Neapoli in mus. n. 25552. 25553. 25554]

a n. 25552 (pondus gr. 146.75; pars marginis deest):

HELVI · AMANDI · PIS^{III} punctum scr.
/ HERENNI · RVSTICI · PIS^{III} punctum scr.
litt. minoribus

b n. 25553 (pondus gr. 151.98):

HELVI · AMANDI · PIS^{III} punctum scr.
L · HERENNI · RVSTICI · P · IS · S^{III} punctum scr.
litt. minoribus

c n. 25554 (pondus gr. 148.65):

HELVI · AMANDI · PIS^{III} punctum scr.
altera inscriptio stilo scripta tota fere evanuit

Descripsit Dressel.]

Significat Amandus, prior dominus opinor, pondus *p. I unciarum X semunciae (scriptulorum) III*, alter idem pondus scriptulo minus. Id cum efficiat gr. circiter 647, quattuor numero vascula videntur fuisse, singula pondo gr. c. 154.

10 stilo scriptum sub pede vasorum duorum ansatorum argenteorum [Neapoli in mus. n. 25294. 25295].

in altero: in altero:

LXELIA LXELI

Descripsit Dressel.

11 sub pede poculi argentei duobus centauris exornati Pompeiis rep. [Neapoli in mus. n. 25376].

LAE_ELI

IRASTI

Descripsit Dressel.

12 sub patera argentea pondo gr. 549.85 [Neapoli mus. n. 25696].

M · MASCAI · P · VS_I punctum scr.

Descripsit Dressel.

P(ondo) V semunciam (*scriptulum*) I sive gr. c. 1655. Tres igitur numero patereae fuerunt simul pensae.

14 sub pede duorum poculorum argenteorum, quae anaglyphis Bacchicis exornata sunt. Pompeiis rep. [Neapoli mus. n. 382 = 25381 et n. 383 (olim)].

a C SESTI ZOSIMI stilo scr.

b SESTI ZOSIMI stilo scr.

Descripsit Dressel.

Praenomen potest esse aut c aut r.

Staterae, pondera, mensurae repertae Herculanei Pompeiisve (p. 943 n. 8067).

8067 1. Pondere de quo examinato mihi Rossiana lectio improbanda visa est tertioque versus inscriptionis primariae sic esse **PARI/CVLEIII CVR AEDIL.** Prima littera autem fuit aut L; mox legendum esse **ARTICVLEI** extra dubium est; duae hastae quae sequuntur clare cernuntur neque ullo modo pro o littera haberi queunt; certa est; sequitur v, non n; deinde signum nescio quod, sed a litteris contignatis v longe remotum. Omnino lapicida corruptus id quod incidere debet ad **ARTICVLEIAN CVR AEDIL;** quod ipsum legitur recte incisum in altero pondere simul reperio. — Etiam in latere ductus incerti sane et evanescentes mihi videbantur recte accipi posse pro p cent.

8067 89. 90. 91. Ad eundem ponderum ordinem olim pertinuerunt n. 74270. 74229. 74212, item ad eundem, sed ab illo diversum n. 74271. 74230.

8067 5. Sebastianus de Luca nuper in actorum academiae Pontianae vol. XIII parte 2 (1880) p. 405—417 adiecta tabula optime facta pondera haec tractavit diligentius quam felicius. Nam quod negat pondera esse, magis sibi videri ad textrinam pependisse telarum sustinendarum causa, id ipsa inscriptione refellitur neque ullo argumento nititur praeter ponderis diversitatem a libra Romana, cuius explicationem nos supra proposuimus. Enumerat ex museo pondera LIII quae faciant gr. 492 — 455 — 427 — 416 — 413 — 402 — 397 — 396 — 395 — 393 (duo) — 392 — 386 (tria) — 385 — 382 — 381 (duo) — 379 (duo) — 376 — 375 — 374 (duo) — 373 — 372 — 370 (tria) — 369 — 366 — 364 — 361 — 359 — 358 (tria) — 356 — 355 — 354 (quattuor) — 350 — 349 (duo) — 348 — 337 — 336 — 323. Haec omnia nihil impedit quominus ad miham Atticam gr. 456.6 redigamus corruptam eam cum neglegentia tum etiam magis fraudulosa imminutione.

8067 8. Haec quoque de Luca l. c. recte pinxit, male legit.

8067 14. Etiam haec de Luca l. c. incidi iussit.

Supellex aurea, argentea, aenea reperta Pompeiis et Herculanei (p. 953 n. 8071).

8071 1. Nuper mihi armillam examinanti numeri xx visi sunt post tempus adiecti esse; quod si ita est, in PAIV quod latet quidquid est, non ad pondus pertineat necesse est.

8071 5. V. 4 non recte incisus est, quarta littera est ε, in fine **CURIA**, id est curio evidenter legitur. Vidi ipse.

ad n. 8071 48. Simillimum similiterque inscriptum prunae vatillum aeneum nuper prodit in thermis Stabianis in cubiculo signato J in forma Overbeckiana. Mau.

8071 57. In ed. priore est 6307 64.

8338 sub fulero aeneo hermae bicipitis item aenei repraesentantis Satyros duos masculum et feminam, quem repertum in vinea prope Pompeios nuper comparavit museum Berolinense (invent. n. 7749). Similes hermae quattuor, sed fulcris carentes extant Neapoli in museo nationali; unum repraesentavit Museo Borbonico vol. X tab. 13. Omnes olim in scalis videntur collocati fuisse.

+ III

Mihi exhibuit Georgius Treu. Aperte notae sunt a fabro appositae ut plura exemplaria suo quodque loco collocarentur.

Supellex aurea, argentea, aenea reliqua (p. 957 n. 8072).

8072 9. Laminam vidit Regii Iulii professor Moscato, addens repertam esse videri Bovae. A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.

8072 15. Pro Ghilazza scr. Ghilarza.

8338a 1 tessera ferrea formae eius, quam habent gladiatariae et item ad appendendum perforata. Litterae inversae sunt ut in signaculis. Monteleone [in aedibus Cordopatri].

in latere primo: SECUNDVS
secundo: RVSTICA
tertio: a f d
quarto: CATORNA
in basi: H M

Descripsit Barnabeius a. 1882 ediditque apud Fiorelli *Not. degli scavi* 1882 p. 395.

2 [=6305 8] in pectine aeneo Eboli.

CABIRIA

Ann. inst. 1832 p. 298.

Massae plumbeae (p. 957 n. 8073).

8073 1. Massa pendet chil. 35 gr. 585, est ex plumbō puro cum particula exigua argenti. Eam Marxius ad nos scripsit repertam esse in fodiinis vici S. Nicolo prope Portixeddu, chilom. 8 occidentem versus a Flumini Maggiore. Ibidem prodierunt furnorum reliquiae, in quibus plumbum fusum esse probabile est, itemque tubi plumbei aquae ducendae causa facti. Ipsam massam idem Marxius nuper donavit museo Berolinensi examinavique ibi ego. Verba CAEZARIS AVG leguntur in summa massa circumdata margine qui prostat, scripta litteris eminentibus fusis una cum ipso plumbō; contra numerus cvII (M non adest, sed ante numerum vestigia cernuntur circuli vel o litterae postea excisae) est in latere cultro incisus; hunc qui legit, summae partis inscriptionem cernit inversam. Antiquum esse numerum et ipsum aerugo demonstrat. Apparet igitur massae post fusionem appensae pondus inscriptum esse.

8073 3. Pro Cianciana scr. Cianciana.

8339 in parte superiore massae piumbeae rectangulae. Rep. est Pompeiis a. 1882 reg. VIII ins. 7.